



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

93 Qvomodo Ecclesiastici Moribvndis, vt suos & legittimos hæredes
defraudent, persuadeant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

abscq; concubinis degunt, concubinatus censum persolue
re cogunt, afferentes, episcopum pecuniae indigum esse, qua
soluta, licet sacerdotibus, vt vel celibes permaneant, vel
concupinas alant. Qz res haec sit nephanda, nemo non ins
telligit.

QVO PACTO NONNVLLI ECCLESIASTICI, PVBLICAS EXERCEAT TABERNAS, & ILLICITA CORRODANT LUCRA.

Ecclesiastici item, potissimum in his locis, vbi iurisdictione
92 habent, in templorum dedicationibus, publicas exercent ta
bernas, suisq; facellanis & sacerdotibus, taxillos, chartulas
lisorias, & quicquid ad ludum pertinet, conuiuis administra
re, ac omni seposito pudore, illicitum inde percipere lucrum
student: idq; superioritatis quodam iure sibi licere adserunt.
Quanq; Pontificum canones, imperatorum leges, omnesq;
omnium prouinciarum magistratus vetent, ne ecclesiastici
ita a decoro & honesto deuient, vt ihs se inuoluant negotijs,
circa quae vix laicos occupatos esse decet.

QVOMODO ECCLESIASTICI MORIBUNDIS, VT SUOS & LEGITIMOS HERedes DEFRAUDENT, PERSUADEANT.

93 Inter cætera etiam hoc obticendum est nequaq; quum nō
minimum sit onus, quo Germani grauantur, q; regioni per
uagatores, quos vulgo Terminarios ac Stationarios vocat,
monachi & sacerdotes, infirmos, animaq; iamiam agentes:
ac præsertim eos, quibus æs esse in cista norunt, tempora
libusue bonis abundare compertum habent, blandiloquen
tia, adulacione, verbisq; venustulis: vt ad pessima quæq; hoc
genus hominum semper plus æquo instructum est, atq; pa
ratum; adoruntur; circumueniunt, persuasionibusq; ficticijs
eo tandem adducunt, q; sibi potiorem, & pecuniarum & bo
norum partem in testamentis legant. Quare liberi, agnati,
ac cognati, reliquiq; sui & legitimi heredes, quib; potius to
ta hereditas illesa relinquenda erat, contra omnem equitatē
mirū q; iactura adficiatur; interdūq; ad miseriā vsq; adigant.